(2) En esta éra 1135 (año 1097) murió Doña Berta, y casó el rey Don Alonso con Doña Isabel. *Historia de los cinco Reyes*, página 90. Pamplona, 1614.

te al año de la defunción de la Reina; mas no cuanto á la fecha que había leído en el instrumento y achacó á desliz de la pluma de quien lo escribió. Mas el error no provino del amanuense ó de la fuente original; sino de los turbios ojos del sabio benedictino, como lo vamos á ver.

10.

Castrofruela, 25 Enero 1100. Donación del monasterio de San Salvador y de su villa de Villaveza de Valverde, que hizo al monasterio de Sahagún regido por el abad Don Diego, el rey D. Alfonso IV, en sufragio del alma de la reina Doña Berta, cuyo cuerpo estaba ya sepultado en dicho monasterio de Sahagún.—Becerro I, fol. 10 v.; Cartoral núm. 48, que se reduce á una copia escrita en pergamino y legalizada en 2 de Septiembre de 1500; Escalona, apéndice III, escritura CXXXIII.

Testamentum regis afonsi de villaverde.

Sub christi nomine. Ego adefonsus, dei gratia toletani imperii rex et magnificus triumphator, labentis mundi illecebris irretitus, videns quia quem fugientem sequor complecti non valeo, et experimento cognoscens quia mundus semper amatores suos post se trait ac decipit, meliori consilio divinitus armatus, cupiens pro perituris mansura et pro caducis ęterna adquirere, offero deo et sanctis martiribus eius facundo et primitivo, et fratribus in eorum ęcclesia deo servientibus sub custodia religiosissimi abbatis domni diaz (2) et regula sancti benedicti, unum monasterium in honorem sancti salvatoris dedicatum cum sua villa ab integro que dicitur villa verde, et sic monasterium quomodo et illa villa in qua est positum iacent in valle de vidriales (3) quod michi accidit per consuetudinem patrie ex successione comitis monnini fernandiz (4) a patria exilio propter superbiam suam relegati (5), quod in vita sua dederam dilectis-

(1) Así, también, empieza la donación imperial (13 Febrero 1099), publicada y comentada en el tomo XLIX del BOLETÍN, páginas 292-298.

(2) Esc. «Didazi».

(3) Al Nordeste del partido judicial de Alcañices, provincia de Zamora.

(4) Esc. «comitis nomine Fernandiz».

(5) Reinando D. Fernando I. Véase Vignau, *Cartulario del Monasterio de Eslonza*, pág. 15. Madrid, 1884.

sime uxori męę berte reginę; ad cuius mortem do illud ad vestimentorum cibi et potus monachorum in sancto facundo, ubi corpus eius tumulatum est, deo servientium, pro remedio animę męę ac sue. Et sic scribo illud monasterium cum sua villa quomodo et omnes adiectiones illius tam villarum quam etiam et decaniarum parrochiarum vel ipsi monasterio servientium omnium suarum hereditatum, ita quomodo illud suo tempore mea mulier in iure proprio habuit cum toto suo debito quanto ad eam pertinuit (1) vel pertinere debet, hoc est cum montibus fontibus pratis pascuis paludibus rivis piscariis et molendinis arboribus fructuosis vel infructuosis et omni ornamento ecclesie et omni profectu (2) hominis qui ad eum pertinet vel in ipso est. Et volo ut serviat sancto facundo per tale foro quomodo illi serviunt et alię suę hereditates. Et monacos sancti facundi qui ibi quesierint habitare volo habere talem consuetudinem et foro quomodo alii monachi (3) eiusdem monasterii habent, qui licentia abbatis in omnibus decaniis suis undique sunt dispertiti, hoc est nullus ibi ubi quisquam eorum fuerit non audeat pignorare (4) aut aliquam violentiam inferre; quod si quis facere presumpserit, cc^orum^ solidorum (5) dampnum patiatur. Et volo ut mei memoria semper in monasterio illo celebretur (6), et xiii^im^ pauperes ibi pro remedio animę meę et uxoris męę berte regine, sive in vita mea quomodo et post huius temporis decursum semper pascantur, ut qui de nostro beneficio temporali sustentantur in terris, eorum precibus adiuvent et sublevent in celis; et qui mei memoriam agere neglexerit, illius memoria de libro vite radatur (7) et in extremo examine vindicte ulcionem paciatur. Scriptum quippe est quia qui pro alio orat, semetipsum deo commendat et qui amnegat (8) esse quod est, cum clause fuerint ianue sponsi, cum clamaverit

(1) Cart. «pertinet».
(2) Esc. «profecto».
(3) Esc. «monachis».
(4) Esc. «pignorari».
(5) Cart. «subiectorum».
(6) Esc. «memoriam... celebretis»
(7) *Apocal.*, XXII. 19.
(8) Sic.

domine, domine aperi, notus esse negabitur (1). Et proinde ut mei memoria semper (2) in sancto facundo et fratribus ibidem deo servientibus habeatur, volo ut ab hodierno die et deinceps illud monasterium supra scriptum de iure meo sit abrasum et dominio servorum dec sit traditum cum omnibus hereditatibus suis sibi pertinentibus cum tale foro et cum tale directo sicut illud mea mulier berta regina tenuit vel habere debet, et serviat (3) post partem sancti facundi sicut (4) directo habent ei omnes sue alie hereditates absque omni fisco regali evo perhenni et per secula cuncta.

Si quis tamen, quod ego fieri minime credo, contra hoc meum factum ad irrumpendum venerit quisquis ille fuerit qui talia commiserit, sive sit propinquus vel extraneus, sit excomunicatus et a christiane fidei libertate separatus, et cum datan et abiron quos terra vivos absorbuit quia contradixerunt mandatis dei et moisi servi eius, et cum iuda domini traditore qui laqueo se suspendit et sic vitam cum visceribus fudit, in profundo inferni ęternas penas luiturus demergatur. Et hoc meum factum in cunctis plenam obtineat firmitatem; et pro dampna temporalia, si quis huius męę actionis temerario ausu irrumpere temptaverit, pariat vobis vel voci vestre duplatum vel triplatum et vobis perpetim possidendum; et ad partem regis L^{a} (5) libras auri cocti persolvat.

Facta hęc carta in castro froila era I.^{a}C.XXXVIII, et quoto VII° kalendas fubruarii (6).

Adefonsus, dei gratia totius ispanie imperator quod feci confirmo. ANF (monograma) ⁜.

---

(1) Matth., XXV, 10-12.
(2) Esc. «memoriam semper semper».
(3) Esc. «servias».
(4) Cart. «scilicet».
(5) Esc. «quinquaginta».—Cart. «duas».
(6) Esc. «Era I.^{a} C. XXXIII^{a}, Kalendas Februarii».—Cart. «Era Milless.^{ma} Centess.^{ma} Trices.^{ma} Octaba et Octabo klas. febrorii.»—La fecha que en el Becerro claramente aparece, es la segura. En el numeral *XXXVIII* la *X* se traba con la *V*, que fué omitida por Sandoval distraidamente. El Cartoral suprimió «quoto», por no entenderlo; y Escalona «et quoto VIII».

Raimundus totius gallecie comes et gener regis conf.

Urraka soror regis conf.

Urraka regis filia et raimundi comitis uxor conf.

Henricus portucalensis comes conf.

Uxor ipsius taresa filia regis conf.

Bernardus archiepiscopus toletanus conf.—Raimundus palentinus episcopus conf.—Petrus legionensis episcopus conf.—Garsias burgensis episcopus conf.

Petro assuriz (1) comes conf.—Garsia ordoniz (2) comes conf. Martin flainiz (3) comes conf.—Sanx (4) petriz comes conf.—Fernando diaz comes conf.—Fernando moniz comes (5) conf.

Micael afonso maiorinus regis conf.—Micael citiz maiorinus astorice conf.—Monnio diaz maiorinus in carrion conf.—Don felice in castella conf.—Ordonio albaniz armiger regis conf.—Albar diaz conf.—Gunsalvo nunniz conf.—Vermudo rodriquiz conf.—Monnio rodriquiz conf.—Rodrico gunsalviz conf.—Petro albariz conf.—Gonsalvo assuriz conf.—Gomiz martinz conf.

Pelagius erigiz cognomento botan, puplici officii notarius qui scripsit conf. (Signo con el monograma PEL) ✠.

La fecha y las confirmaciones de este documento, se deben suplir al pie del 7, otorgado asímismo á favor del abad Don Diego con igual data de lugar, día, mes y año.

Nueve días antes, ó en 16 de Enero de 1100, celebraba en la ciudad de León el Rey su Corte marcial, donde comenzó á entablarse el juicio sobre la causa pendiente entre el abad Don Diego y el conde Martín Flaínez. Lo prueba la escritura contenida en el tumbo A, fol. 26 v., de la Catedral de Compostela, que ha sacado á luz nuestro doctísimo Correspondiente don Antonio López Ferreiro (6), y me ha parecido bien que no

(1) Cart. «axuriz».

(2) Cart. «ordonis».

(3) Cart. «flainez».

(4) Cart. «Sayns».

(5) Así decía en el becerro de acuerdo con el cartulario; pero se reformó por mano moderna y diversa tinta. Escalona suprime también «comes».

(6) *Historia de la Santa Apostólica Metropolitana Iglesia de Compostela*, tomo III, apéndice, págs. 47-49. Santiago, 1900.—Por este diploma el Rey

huelga reproducir aquí; tanto porque circunscribe á dos meses el tiempo de la defunción de la reina Berta (17 Noviembre 1099-16 Enero 1100), como porque su mérito histórico, á duras penas conocido, es de suma importancia.

Sub christi nomine, ego adefonsus, dei gratia toletani imperii rex et magnificus triumphator, labentis mundi illecebris irretitus, et quem fugientem sequor videns quia comple[c]ti nequeo, meliori consilio divinitus armatus, cupiens pro terreno lucro sortiri sempiternum, et pro perituris adquirere eterna, supplex ac devotus peto beati iacobi apostoli auxilium, cui collatam esse a redemptore nostro domino ihesu christo potestatem scimus ut quecumque ligaverit vel solverit in terris sunt ligata vel soluta in celis (1). Ubi offero ego adefonsus, tocius hyspanie imperator, quoddam mee hereditatis monasterium quod vulgaliter dicitur *pilonio*, de cuius medietate iam fecerat testamentum eidem apostolo mea germana dompna gelvira (2), et ut ex toto honor apostolice ecclesiae augeatur, et meam medietatem ex toto canonice sancti iacobi trado et germane mee oblationem confirmo cum omnibus adiuntionibus suis, et cum omni testationum ipsius monasterii serie, decaniarum seu villarum, familie, vel omnium que ad profectum ipsius monasterii hodie subiacent.

Et adhuc adicio offerre aliud non tam magne potentie monasterium, quod dicitur *branderiz*, ab omni integritate, cum omnibus adiuntionibus suis et cum quanto ad eum pertinet vel hodie sub iure ipsius cognitum vel iurificatum esse constat. Et volo ut utrumque monasterium proprie serviat canonice apostolice ecclesie absque omni episcopali subiectione et absque alia villarum eiusdem ecclesie subiectione, ad augmentum cibi potusqus ipsorum canonicorum ut quomodo ipsi pauperes sunt pro christo et assiduis domini laudibus ante altare venerabilis apostoli cotidie

---

hace donación á los canónigos Compostelanos de la mitad del monasterio de Piloño y de todo el de Brandomil.

(1) Matth., XVIII, 18.

(2) 25 Abril 1087. En este diploma firma Pedro, obispo de Braga. Confirmólo en 13 de Noviembre de 1100, *estando para morir*, la Infanta Doña Elvira.

insistunt, eorum precibus adiutus a visibilibus seu invisibilibus hostibus tutus in extremi iudicii examinatione merear esse securus. Volo et suppliciter exoro eosdem, quibus hanc paupertatem concedo, canonicos ut unum de ipsorum conventu excusent presbiterum, qui in vita mea, cotidie sacrificium offerendo, omnipotentis imploret clementiam ut, corporis michi tradita sospitate viteque prolixitate, paganorum sub pedibus meis conterat superbiam et fidei sue iugo eorum subiciat perfidiam. Post obitum vero meum, rogando comendo ut simile (1) modo idem presbiter perpetuo mei memoriam agat ut, peccatorum meorum sordibus detersis, vobiscumque merear transire ad vitam. Quod si isdem presbiter mortis debito ultimum clauserit diem, peto ut alter eius loco pro mei memoria substituatur qui idem persolvat debitum. Quia secundum apostolica verba (2) *qui pro alio orat, seipsum deo comendat.* Et ideo mando ut ab hodierno die et deinceps ipsa prescripta monasteria de iure meo sint abrasa et canonicorum apostolice sedis servicio perpetuo mancipata et per cuncta secula, amen.

Siquis tamen...

Facta autem hac testamenti serie *in legionensi civitate*, *assistente ibi tocius provincie* milicia, Era I. CXXXVIII. Et noto die XVII. klas. Februarii.

Adefonsus rex conf.

Urraca regis germana conf.

Raimundus comes conf.

Urraca filia imperatoris conf.

Petrus legionensis episcopus conf.

Pelagius astoricensis episcopus conf.

Martinus ovetensis episcopus conf.

Raimundus palentinus episcopus conf.

Petrus ansuriz comes conf.

Martinus flainici comes conf.

Sancius petriz comes conf.

---

(1) Sic.

(2) 2 *Cor.* X, 18.

Fernandus didaz comes conf.

Erus Pelaiz clericus conf.

Pelagius Botam not.

Ninguna duda razonable cabe abrigar, por lo visto, sobre la fecha genuina (25 Enero 1100) de la escritura de Sahagún, que hace memoria del reciente fallecimiento y sepultura de la reina Doña Berta en aquel monasterio. Por equivocación, que fácilmente excusan las vacilaciones de Sandoval y los argumentos de Flórez, se arriesgó nuestro eruditísimo compañero, D. Francisco Fernández de Béthencourt, á escribir (1) que la muerte de Doña Berta «debió ocurrir en Enero del año 1098, pues el Rey hizo nueva donación á Sahagún por el alma de esta Señora á 25 de Enero inmediato».

Réstame invadir el último atrincheramiento, al que Flórez se acogió, buscando en el epitafio de la reina, inmediata sucesora de Berta, la demostración anhelada. He aquí su argumento (2):

«Vivió Zayda poco tiempo; y aun Sandoval dice en una parte que sólo aquel que la llevó para sí sabe el tiempo en que murió, y en otra que es dificultoso averiguar el tiempo. Yo lo tengo por fácil, según el epitafio que refiere él mismo en el monasterio de Sahagún (fol. 73 v.); pues según la copia que yo tengo, fué el día 12 de Setiembre del año 1099, pues dice que era lunes ó feria *II*,—no *V* como estampó Sandoval;—y en el año de 1099 se verificó ser lunes el día antes de los idus de Setiembre (día 12), pues fué B la letra dominical. Esto mismo corresponde á la cronología de Berta, según los que la ponen difunta en el 1097; y aun puede admitirse también que viviese hasta el 1098, para que entonces por ser muerta entrase Zayda; porque esta murió de parto según el epitafio, y no constando mas que el primero,

(1) *Historia genealógica y heráldica de la monarquía española, Casa Real y Grandes de España*, tomo I, pág. 516. Madrid, 1897.—En igual equivocación incurre, señalando el año 1098 como el último de la vida de aquella reina, el egregio benedictino y corresponsal de nuestra Academia don Mario Férotin (*Recueil des chartes de l'abbaye de Silos*, pág. 30, nota 3. Paris, 1897).

(2) *Reynas Cathólicas*, tomo I, pág. 215.

de don Sancho, se verifica que vivió poco la que murió á 12 de Setiembre del 1099. Esto conspira bien á la cronología de las reinas Berta é Isabel (Zayda), pues corresponde al confín de una con otra, verificándose todo con la limitación de muy cerca del año 1098; que es el medio, como dijimos de las dudas originadas por las copias de las escrituras.»

Hasta aquí Flórez.

Las dudas, originadas por las copias, se resuelven y disipan con acudir á las fuentes originales, ó con eliminar las equivocaciones, según acabo de hacerlo. La reina Doña Berta vivía en 17 de Noviembre de 1099, y había fallecido algo antes del 25 de Enero del año siguiente (docum. **9** y **10**). Queda, pues, bastante espacio de tiempo para que resulte sincero el epitafio de la reina Zaida ó Isabel María († 12 Septiembre 1101), que vió y copió Sandoval, publicándolo en 1601, de esta manera:

«Están sobre su sepultura, en la piedra, estas letras: *Una luce, prius Septembris quam foret Idus, Saucia transivit feria 5, hora tertia, Zayda Regina, dolens peperit.*»

Por de pronto, es claro que el letrero debía constar de versos leoninos asonantados. Las huellas de cinco siglos (1101-1601) habrían borrado en el epitafio, cuando lo copió Sandoval, algunos vocablos de su remate, que sin tropiezo, á mi juicio, pueden explicarse así:

Una luce, *prius* Septembris quam foret *idus*,
Saucia transivit feria *quinta* Zaida *regina;*
Hora tertia *dolens* peperit [male *Sancionem*
Era millena centena terdena *novem*].

Flórez no tuvo presente la piedra tumular, sino una copia, cuyo autor, por estar quizá descantillado el ángulo de *V*, transformó este numeral en *II*, y no atendió á lo que exigían la cantidad prosódica y el asonante del verso. Por desgracia, la piedra funeral ya no existe ó ha desaparecido (1).

(1) Quadrado (D. José María), *España, sus monumentos y artes, su naturaleza é historia*, tomo de *Asturias y León*, pág. 574. Barcelona, 1885.

El Infante D. Sancho, hijo de la Zaida, fué muerto en la batalla de Uclés († 30 de Mayo 1108). Con justa razón el arzobispo D. Rodrigo lo llama *párvulo* si había nacido en 12 de Septiembre de 1101.

Conclusiones.

La documentación comparada y críticamente depurada, es la sangre vital, digámoslo así, de la Razón histórica. Donde falta este requisito el error se introduce, la incertidumbre reina, los pareceres se confunden, ármanse interminables polémicas y cada autor va por su lado como palpando tinieblas, sin que á nadie sea posible trazar el cuadro vivo y luminoso de la realidad positiva; y mucho menos andar con pie seguro á la descubierta de nuevos datos. Sentado este principio y aplicado á los documentos del archivo de Sahagún, que acabo de presentar, infiero las conclusiones siguientes:

1.ª—La abadía de Sahagún fué de realengo y sin franquicia de ningún género hasta el 1.° de Marzo de 1078. El abad Julián obtuvo entonces, para su monasterio, la exención de pagar el tributo de *fonsadera*, bajo la condición de fundar y mantener un amplio hospicio de pobres y peregrinos (documento **1**). En lo espiritual, con arreglo al canon II del concilio de Coyanza (año 1050), el monasterio debía profesar la regla de San Benito; estaba subordinado al obispo de la diócesis de León, siguiendo el rito y las demás prescripciones que para semejantes abadías prescribe el código canónico de la Iglesia visigoda.

2.ª—Antes que la reforma cluniacense penetrara en aquellos claustros, el estilo literario, y probablemente el nivel de la cultura intelectual, andaba por los suelos. Desde este punto de vista, no puede bastante alabarse la acción ejercida por San Gregorio VII, la reina doña Constanza y San Hugo, abad de Cluny; los cuales procuraron introducir la cultura romana en nuestro suelo, aboliendo el rito visigótico y echando abajo la principal barrera que nos aislaba de las demás naciones de Europa.

3.ª—La reforma cluniacense no entró en Sahagún, mientras fué abad Julián, que lo era en 10 de Diciembre de 1079. Con su

dimisión, ó fallecimiento, coincidió la segunda venida del cardenal Ricardo á estos reinos, llevando por parte de San Gregorio VII el terminante encargo de acabar con las vacilaciones del Rey y la oposición de no pocos obispos y abades que se resistían á dejar el antiguo rito y sustituirle el romano.

4.ª—Á este fin pudo, y debió decididamente contribuir, la reina Doña Constanza, que en 9 de Enero de 1080, obrando de mancomún con su esposo, propuso y asignó al cluniacense Roberto para abad de Sahagún, con el objeto de plantear allí, no la anexión á la abadía de Cluny, como se había hecho con Santa María de Nájera (3 Septiembre 1079), sino la observancia estricta de la regla de San Benito, tal como se practicaba por los súbditos de San Hugo; y esto perpetuamente: «Ego Adefonsus decrevi offerre una cum nobilissima coniuge mea regina Constantia... supradictum locum Deo omnipotenti... ut teneant ibi regulam et monasticum ordinem, sicut docet sanctus Benedictus et secundum quod fratres sancti Petri Cluniacensis obtinent. Igitur, annuente Deo, mittimus dompnum Robertum abbatem, ut teneant ibi vitam suprascriptam cum fratribus qui modo ibi sunt, vel post eum in loco successerint, usque in perpetuum» (docum. **2**).

5.ª—Esta mudanza fácilmente se logró con el aliciente de expresarse en el diploma, que la proponía, que á partir de su aceptación quedaba el monasterio exento de toda contribución al erario regio.

6.ª—Cortísimo tiempo fué abad de Sahagún el monje Roberto; porque en 24 de Abril ya tenía por sucesor á Bernardo. Como un relámpago pasó por allí, porque el Rey le quería entrañablemente y no sabía desprenderse de su presencia. Por esto vemos que en 22 de Enero, si bien regía Roberto la abadía, Marcelino, su vicario, ó lugarteniente, introdujo la reforma cluniacense en el monasterio nobilísimo de San Pedro de las Dueñas, distante del de Sahagún una legua al Sur, sobre la margen izquierda del río Cea. (Docum. **3**, **4** y **5**).

7.ª—La celebración del concilio de Burgos, cuya fecha debe de estar comprendida entre el 6 de Enero y el 22 de Abril de

1080, acabó con todos los obstáculos, que por parte de la variación del rito se podían ofrecer para la nueva y radical reforma de Sahagún. Así lo declara el diploma del 8 de Mayo, desde el cual da comienzo en España la gran carrera del ínclito cluniacense Don Bernardo, elevado seis años más tarde á la mitra arzobispal de Toledo. En este diploma recuerda con fruición el Rey su decreto que, á imitación de los Príncipes visigodos, expidió al terminarse el Concilio de Burgos, con los nombres de muchos obispos y magnates á él concurrentes.

8.ª—El concilio no se limitó, ni podía limitarse á la introducción del rito romano, sino que tuvo también por objeto la reforma de las costumbres. Por una bula de Pascual II, dirigida á don Diego Gelmírez (31 Diciembre 1101), consta que este mismo concilio de Burgos, presidido por el cardenal Ricardo, declaró ilegítimos y excluídos de todo derecho de heredar á los hijos de los clérigos; y una carta de San Gregorio VII á San Hugo, abad de Cluny (27 Junio 1080), insinúa (1) que uno de los cánones de aquella Asamblea renovó los antiguos, que prohibían á los monjes vagar y divagar fuera de los monasterios. Sospecho que esta resolución hirió de golpe el corazón de Roberto, que temió ser llamado por su Superior al retiro del claustro y lejos del bullicio de la Corte y del palacio del Rey, donde tenía puesta toda su afición y valimiento. Séame lícito ilustrar con algunas investigaciones esta cuestión obscurísima.

11.

¿Burgos, 3 de Septiembre de 1079? Decreto de San Hugo, abad de Cluny, que otorga al rey D. Alfonso VI, como á bienhechor insigne de aquella abadía y congregación, amplísimos sufragios de limosnas y oraciones. Migne, *Patrología latina*, tomo CLIX, col. 945 y 946.

Omnibus fratribus ac filiis nostris in Cluniacensi coenobio, Domino in vita recta servientibus, tam praesentibus quam futuris, frater Hugo abbas, coelestis regni premia et aeternae felicitatis gaudia.

---

(1) BOLETÍN, tomo XLIX, págs. 327-329.

Convenit dilectissimi, ut sicut nos Patrum nostrorum praecedentium instituta, etsi non ad plenum, tamen prout possumus, fideliter observamus, ita etiam et vos ea quae pro communi utilitate fieri decernimus, et devote suscipiatis et salubriter servetis, quatenus et vobis meritum obedientiae, et illis, pro quibus talia praecipiuntur, premium aeternae salutis accrescat.

Notum itaque sit fraternitati vestrae, praecepisse nos de domno Alphonso Hispaniarum rege, nostro fideli amico, qui tanta ac talia bona nobis fecit, et adhuc indesinenter facit (1) ut neminem regum vel principum sive priscis sive modernis temporibus ei comparare possimus, quod scilicet in omnibus bonis quae, Domino largiente, in nostro loco vel in aliis nostro iuri subditis acta fuerint, specialem habeat participationem tam in vita quam post mortem.

Praeterea dedimus ei in vita sua unum psalmum (2) *Exaudiat te Dominus* ad horam tertiam sine intermissione canendum, et ad maiorem missam, unam collectam, id est, *Quaesumus omnipotens Deus* simili modo, quamdiu vixerit. Decrevimus quoque ut in die Coenae Domini triginta pauperes pro eo mittantur ad mandatum. Et in die sancto Paschae centum nihilominus pauperes a camerario pro eo reficiantur. Et super haec omnia statuimus ut praebendam quotidianam habeat in refectorio ad maiorem mensam, quasi si nobiscum epulaturus sederet, quae uni pauperum Christi semper tribuatur pro salute animae eius tam in vita quam in morte.

Huic quoque *mensurae bonae, confertae simul et coagitatae, supereffluentiam* (3) addere cupientes, dedimus ei in ecclesia beatorum apostolorum Petri et Pauli nova, quam ipse de propriis facultatibus construxisse videtur (4), unum altare de prae-

---

(1) Véase en el tomo XXVI del BOLETÍN, págs. 261-264, el diploma del Rey, fechado en 3 de Septiembre de 1079, que á San Hugo, abad de Cluny, hace donación de Santa María de Nájara, y la trueca en priorato exento de todo realengo.

(2) XIX.

(3) *Luc.*, VI, 38.—Este versículo, al que el texto alude, empieza con las palabras *Date et dabitur vobis.*

(4) «L'abbé Hugues fut aidé dans l'exécution de cette gigantesque entreprise par tous les rois de l'Europe, surtout par Alphonse VI, roi de

cipuis; quo scilicet divina mysteria ibidem celebrata saluti eius valeant suffragari. Cum vero huius temporalis vitae cursum debito fine compleverit, exceptis officiis, missis atque eleemosynis, quae pro illa agenda sunt, uno anno in supradicto altari missa specialiter quotidie pro illo canatur. Anniversaria vero dies ipsius ita per omnia agatur, sicut pro domno Henrico Imperatore Augusto (1); ad vesperas scilicet, ad officium et ad missam omnia signa tangantur, tractus in cappis canatur, eadem missa ad eius altare decantetur, duodecim pauperes reficiantur, septem diebus iustitia (2) detur, excepta quotidiana praebenda quae in maiori missa semper ponitur, abundans refectio a custode ecclesiae fratribus praeparetur.

In his autem omnibus, quae de illo vel pro illo agi decrevimus, in his, inquam, omnibus et reginam eius coniugem (3) devotissimam fieri volumus partipem; insuper duodecim pauperes ei in Coena Domini concessimus et in anniversarium eius, sicut imperatricis Agnetis (4) agi censuimus.

12.

En 1080? Carta de la reina Doña Constanza á San Lesmes, ex-abad de la Chaise-Dieu en el departamento de la Haute-Loire, cerca de Brioude. Ruégale en nombre suyo propio y por mandato del Rey, su esposo, que se venga á Castilla, donde el Santo, con su presencia y milagros, podría poner remedio á la disparidad y discordia de los ritos toledano y romano, y á la escasa comunicación de estos reinos con la Sede Apostólica.—*España Sagrada*, tomo XXVII (2.ª edición), págs. 450 y 451. Madrid, 1824.

Castille; grâce à ces secours, auxquels d'innombrables fidèles joignirent leurs généreuses offrandes, l'abbé de Cluny éleva en vingt ans, le plus vaste édifice religieux de son époque». Larousse, *Grand dictionnaire universel du XIXe siècle*, art. *Cluny*.

(1) † 5 Octubre 1056.

(2) Honras ú oblaciones en días consecutivos al del entierro.

(3) Constanza, ya desposada con el Rey. Según se desprende del documento **2**, estaba en Castilla en 9 de Enero de 1080; y es probable que desde Tournus, sitio próximo á Cluny, vino acompañada del cardenal Ricardo, legado de San Gregorio VII.

(4) † 14 Diciembre 1077.

Omni veneratione digno, Adelelmo famulo Dei, Hispaniae regina Constantia, viro meo Ildefonso iubente, tam devote quam [prompte] cupiens impetrare, in Domino Jesu Christo perpetuam salutem.

Quondam Domini nostri Jesu Christi pietatis dignatio mundo subdito peccatis [miserentis], cum, culpis exigentibus hominum, vitiose laberetur, ne funditus periret per bene viventium exempla restauravit in illo per gratiam suam. Nam, cum bene mundus coepisset et sine discordia, humani generis discors inimicus, miscens cum tritico zizania, quidquid bene formatum vidit in malum mutare concupivit. Huius etenim primum Cain, sectans consilium, fratricidium operatus est. Post hunc, hominum maximam multitudinem ad tantam inclinavit nequitiam, quod tremendo Dei iudicio fere totus mundus interemptus fuerit. Nonne etiam patriarchas ad tantum facinus irretivit ut germanum interimere cuperent? Sed ne maiores irrecuperabiliter offenderent, Deus omnipotens minoris mortale tormentum in benedictionem mutavit. Sic et filii Israel post multas Dei misericordias, quia nutu diaboli Dominum in deserto ad iracundiam provocaverunt, terram promissionis non introierunt. Quid de Isaia, Jeremia ceterisque dicam prophetis, qui contra saevientem inimicum certaverunt usque ad mortem? Si autem omnia Legis exempla velim recitare, quibus hominum infirmitas maligni saevitiam solet experiri, ante me deficere credo quam finem dicendi complere valeam. Ceterum, quid mirum fuit si servos persequi non cessavit, qui postea servorum Dominum occidit? Nam pie humanae compatiens infirmitati, ne ex toto suum plasma periret celsa non relinquens, ima petiit; et de sui tyranni barathro ovem iam pene lapsam redimens in humeris suis, sanguine proprio fuso crudeli nequitia, ad caulas reportavit. Deinde tertia die, nulla mortis retinens vestigia, potenter resurgens a mortuis, cum mori putari potuit, mortem cum mortis ministris sine labore superavit. Post haec, evangelium apostolis suis in universo mundo praedicare praecepit, credentesque baptizare dicens: *Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit.* Cuius iussionem complentes, divisi per partes, divinis doctrinis repleverunt orbem terrarum. Hos se-

quentes [fuerunt] martyres, qui, ut omnibus patet, a ministris diaboli diversa sustinuerunt tormenta.

Qui vero frequentius divinas praedicationum doctrinas audiunt, nimirum attentius castigati bonis operibus persistunt. Ad nos autem, Pyrenaeis montibus interiectis, quasi ceteris a fidelibus longius remotos et in angulo terrae positos, apostolica vix umquam doctrina pervenit (1); et ideo *variis* apud nos *legibus* vivitur (2). Et quia post alios discipulos ad exemplum vitae hominum missus es in terram, et maxime quia in partibus ubi habitas plures sunt qui bene ceteros possint instruere, mandamus et obsecramus te ut, misertus nostri, in Hispaniam venias ad nos. Et visis in te miraculis sicut audivimus, tui exemplo vitam suam hactenus corruptam nostrates corrigant, et qui fuerint desinant esse, sicut scriptum est (3): *Verte impios et non erunt.* Quod si venire nolueris, et terram, quae te nimio exspectat dessiderio, adire neglexeris, animas nostras de manu tua Deum requirere (4) nemo est qui nesciat. Sin autem, ut venias tibi placuerit, precor ne differas. Per te enim credimus salvari. Valete.

Esta carta debió ser la primera, entre las muchas que la Reina y el Rey dirigieron á San Lesmes, solicitando su advenimiento. Las escribieron algún tiempo antes que concediesen (año 1081) al santo, para su retiro, el hospital de San Juan de Burgos, y en los momentos críticos que sucedieron al Concilio nacional celebrado en aquella ciudad, de los que es testigo la carta presente, ó poco antes de mostrarse á cara descubierta la conjuración tramada por el monje Roberto.

Copiada esta carta por un autor contemporáneo de la original que se conservaba en el archivo del Monasterio de la Chaise-

---

(1) Por esta cláusula se ve que Doña Constanza entendía muy poco de historia eclesiástica de España, como extranjera, llevando por delante las mezquinas preocupaciones transmitidas á San Gregorio VII desde el monasterio de Cluny.

(2) Semejante expresión, indicativa de los ritos romano y toledano, se lee en los cronicones de Burgos y de Maillezais, citados en el tomo III de la *España Sagrada* (2.ª edición), pág. 311.

(3) *Prov.*, XII, 7.

(4) *Ezech.*, III, 18.

Dieu, se ajusta cabalmente el elogio fúnebre, trazado por el gramático Alón, que se esculpió en la tumba de la reina Doña Constanza (1), alabando su talento y sabiduría:

«Dormit in angusto, post gaudia vana, sepulcro
Uxor Adefonsi, Constantia nomine, regis.
Regalis proles Francorum, germine florens,
Consiliis pollens, fuit huic *sapientia* sollers.
Constans, *facunda* (2), viguit bene relligiosa,
Omnibus et grata, [et pro]ba fuit et veneranda.
Sex liberos genuit; generatos hic sepelivit
Quattuor, hos nempe quos conspicis ipse iacere.»

13.

Burgos, en tiempo pascual (12 Abril-31 Mayo) de 1080. Diploma de Alfonso VI, en favor de la abadía de Cluny, doblando el censo anual que le había rendido su padre, el rey D. Fernando el Magno.—Migne, *Patrología latina*, tomo CLIX, col. 973 y 974.

In nomine Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus sancti, Adefonsus favente divina clementia Hispaniarum rex.

Convenit maiestati regiae praedecessorum regum virtutes et bene acta imitari, per quod et apud Deum et apud homines sui transmittat memoriam.

Subiit itaque mihi, regi Adefonso, in mentem quid egregium inter caetera egerat pater meus, rex Fredelandus (3) pia recordatione semper commemorandus. Comperta namque coenobii Cluniacensis tam celebri, tam probata, tam sancta religione, divino mox timore compunctus et amore, societatem fratrum Deo et sancto Petro ibidem militantium humiliter expetiit, devotius accepit, fidelissime quoad vixit retinuit, non inaniter credens se participem fore in eorum spiritalibus, si de sua temporali abundantia indigentiae servorum Dei fuisset munificus. Unde censum annualem, mille videlicet aureos, quos vulgo *mancales* appel-

(1) Flórez, *Reynas Cathólicas*, tomo I, pág. 507.
(2) Este vocablo, pronunciado á la francesa, es asonante de *relligiosa*.
(3) Años 1037-1065.

lant (1) conventui Cluniacensi ad vestiarium proprie dedit; quem censum eodem modo per successores suos praefato loco annuatim reddendum instituit et firmavit.

Quia vero placuit omnipotentiae Creatoris in regno Hesperidum roborare solium meum, ego Dei gratia rex Adefonsus, sicut haeres paternae dignitatis, ita quoque bonae successor voluntatis, pactum fraternae societatis cum meis Cluniacensibus inii, statui, firmavi, pensum quoque largitatis paternae duplicavi, duo millia *mancales* in censu annuali Cluniaco persolvens. Communicato etiam cum uxore mea regina consilio, et primum Toletano archiepiscopo et ceteris episcopis meis et primoribus regni mei fidelibus meis, volentibus, consentientibus, laudantibus, astipulantibus, constituo de praefato censu duplicato Cluniacensibus, meis, fratribus meis charissimis, regiae auctoritatis praeceptum, a meipso quoad vixero firmissime tenendum, omnibusque succedentibus per saecula ventura in regno Hispaniae regibus perpetua lege servandum. Hanc autem constitutionem facio pro animae meae remedio, pro animabus patris mei et matris ac fratrum meorum, pro uxore ac liberis meis, ut et vivis prosit ad promerendam aeternalem vitam et defunctis proficiat ad possidendam requiem sempiternam. Si quis vero succesorum meorum regum praecepti huius, quod absit, temerator existens aut violator censum Cluniacensibus constitutum, sive ex toto abnegare, sive minuere tentaverit, sicut ego fido in Domino Deo a regno Dei se noverit alienum et iudicio divino exhaeredandum, nisi velociter resipiscat, et abnegatas vel diminutas census condigna satisfactione restituat pensiones. Ut autem inviolabile teneatur hoc meum praeceptum, hanc cartam fieri conscriptionis iussi, quam regia manu et auctoritate subtus firmavi et corroboravi, atque firmandam aeque principibus ac fidelibus meis consequenter mandavi (2).

---

(1) Del arábigo مثقال (mizcal). Véase Dozy, *Glossaire des mots espagnols et portugais dérivés de l'arabe*, art. *Metical* (2.ª edición), pág. 315. Leyde, 1869. Entre las varias formas de este vocablo, castellanas y portuguesas, que reseña Dozy, no figura la presente *mancal*.

(2) Desgraciadamente el texto original, ó su traslado, que remataban estas confirmaciones, no se encuentra. Serían, á corta diferencia, las del

Impetravi etiam (1) a Cluniacensi abbate, patre meo, domno Hugone, tunc temporis meum in civitate Burgis commanente, ut omnibus superventuris abbatibus suis successoribus constinuat praeceptum de commemoratione vel obsequio quod pro nobis, videlicet pro patre meo, pro matre, pro fratribus meis, pro me, pro uxore mea regina et liberis, ipse domnus Hugo abbas apposuit et ordinavit tam pro vivis quam pro defunctis semper agendum. Acta sunt Burgis in civitate.

Data apud Burgis civitatem, anno ab Incarnatione Domini MLXXX, indictione III (2), Paschae diebus.

La indicción *tercera*, que es la verdadera de este diploma y corresponde al año 1080, fué rectamente señalada por Sandoval al pie de la traducción que hizo (3) de tan precioso documento.

14.

¿Mayo? 1080. Carta del Rey á San Hugo, abad de Cluny, agradeciendo el favor de haberle enviado al monje Roberto. Pídele nuevo refuerzo de monjes Cluniacenses. Dícele que por sugestión de Roberto ha expedido el diploma (doc. **13**), que dobla el censo anual pagadero á Cluny; y ruega que por nada del mundo ordene que regrese á Francia tan caro amigo y consejero. Describe finalmente la turbación y desolación de estos reinos, por haberse decretado en el concilio de Burgos la supresión del oficio gótico, y dando á entender que estaba descontento del cardenal Ricardo, solicita que por mediación de San Hugo, se nombre y envíe á Castilla otro Legado de San Gregorio VII.—Migne, *Patr. lat.*, tomo CLIX, col. 938 y 939.

Hugoni, venerabili et excellentissimo abbati Cluniacensium, virtutum floribus claro, fomite divino suffulto atque cunctae dulcedinis mellifluo seniori, quem suae dignitatis clarificat gradus,

---

documento **6**. Faltan asímismo, al texto, los fórmulas conminatorias, que precedían á la fecha y se expresan por la carta siguiente.

(1) Documento **11** (3 Septiembre 1079?).

(2) Migne, «1090 indictione XIII». La fuente que sigue es la de las *Miscellanea* de Balucio, tomo III, pág. 44. En su edición de esta obra (Luca, 1762), Mansi trasladó al margen el numeral *1090* y en el cuerpo lo reemplazó por *MXC*.—Sobre el arzobispo de Toledo, véase lo arriba dicho, pág. 321, y lo por decir en la pág. 383.

(3) *Historia de los cinco Reyes*, fol. 85 vuelto, 86 recto.

necnon cunctae nobilissimae congregationi apostolorum Petri et Pauli, Aldefonsus gratia Dei Hispaniarum rex, cum omni devotione mentis et corporis, suum stillare fascem, veraeque charitatis custodiam, vitaeque aeternae gaudia atque perpetuam prosperitatem et salutem, necnon quidquid sublimius, ex intimo corde, amplexabili dilectione in Domino Jesu Christo.

Quanta te, gloriosissime Pater, devotione diligam, melius, ut deputo, ipse cognoscis quam aliquis doctor in charta scribere possit. Robertum, quem super omnes monachos teneo excellentiorem et chariorem vestrumque ex intimo corde fidelissimum confratrem, scientem qualiter tuus amor factus est mihi velut ignis tota die et nocte ardens in corde meo, unde si omnia mihi dedisses quae in mundo habere potes, puto nihil esse ad comparationem illius boni, quod causa mei particulam tui gregis, quem spirituali fovisti manu, in nostris partibus misisti. Quapropter, gratia Domini te illuminante, ego, servus servorum Dei, omnino tuae subiectus pietati, magis ac magis tuam deprecor paternitatem ut in bono quod coepisti perseveres, quatenus aliquos tuae sanctissimae religionis domesticos mittere digneris, et ut illum nostrum et vestrum locum, quem tuo sanctissimo fonte coepisti rigare, repleant tua dulcedine, dum in hoc fragili moveor.

Ad hoc scito, sanctissime Pater, censum quem pater meus illi sanctissimo loco Cluniacensi solitus erat dare, ego, annuente Deo, in diebus vitae meae duplicabo, et seriem testamenti composui coram testibus (1) ut quisque, qui hoc regimen post excessum vitae meae accepturus erit quod teneo, quomodo hoc censum, quod sanctis apostolis Petro et Paulo, vobis et sanctissimae vestrae congregationi tribuo, quatenus ipse similiter qui hoc regnum habuerit, debito persolvat illi sanctissimo loco; sin autem noluerit, quomodo potestate Dei et precibus beatorum apostolorum Petri et Pauli ipso regno careat. Idcirco, egregie Pater, vestram deprecor fraternitatem, ut hoc censum, quod vobis addidi, propter triticum venundetur, et inde adquiratur, ut illa san-

(1) Documento **13**.

tissima congregatio, vitam suam sustentare valeat. Et quicunque hoc censum, *quod domnus Robertus*, *noster amicus*, *vester autem animo et corde familiaris*, *mihi die ac nocte addere suasit*, in alio loco miserit nisi ut supra dictum est et ut ipse proprio ore vobis dixerit, cum Juda traditore in inferno sustineat poenas et a fronte suis careat lucernis.

Quapropter, egregie Pater, supplici devotione tuam deposco clementiam, huic deprecationi meae benigno sinu faveas quam a te petere ad praesens cupio. *Vellem ad modum*, si gratia tui esset, *domnum Robertum omnino in nostris partibus adesse*, quem summum atque carissimum pro omnibus rebus habeo; qua de causa vellem eum mecum esse in vita et in morte, quoniam illius [consilio] suffulcior, eiusque dulcissimis verbis foveor. Nam scitis pro certo, vestro usui esse omne [eius] consilium quod agitur erga me; ideoque ut curam mei habeatis rogo ut nullius causa impedimenti dimittatis quin in nostris partibus omnino eum sinatis habitare.

De romano autem officio, quod tua iussione recepimus, sciatis nostram terram admodum desolatam esse; unde vestram deprecor paternitatem quatenus faciatis ut domnus papa nobis suum mittat cardinalem, videlicet domnum Giraldum (1) ut ea quae sunt emendanda emendet, et ea quae sunt corrigenda corrigat.

Observaciones.

Tal es la famosa carta de Alfonso VI á San Hugo, objeto de muy doctas controversias, ocasión de graves errores y fuente de verdades notabilísimas. Segregada de los documentos coetáneos, con los cuales se relaciona, claro está que ni su fecha ni su caudal histórico pudieron apreciarse debidamente.

La carta fué dirigida al santo abad de Cluny, dándole cuenta

(1) El cardenal Geraldo había fallecido poco antes, habiéndole sucedido, en la dignidad cardenalicia de obispo de Ostia, Odón de Chatillon, también cluniacense. Probablemente ignoraba esta circunstancia el Rey, si ya en el texto original de su carta no se leía *O(donem)*, transformado en *G(iraldum)* por inepta copia.

el Rey de haber expedido el diploma del doble censo, pagadero todos los años por la Corona de Castilla y de León á dicha abadía. El diploma (doc. **13**), ó su concesión, se otorgó á petición y vivas instancias del monje Roberto. No puede, pues, retrasarse al año 1090 que suele figurar en sus ediciones. Roberto, efectivamente, en justo castigo de su maldad, salió expulso de España, para no volver más á ella, á mediados del año 1080 (1). El error, prohijado por Mansi en la edición de este diploma, por lo tocante al numeral del año de la Encarnación, esto es *MXC*, derivado de *MLXXXX*, procedió de haber mal entendido y peor aumentado el genuino *MLXXX°*. Dado este primer paso en falso, era consiguiente el de la indicción, convirtiendo su numeral *III*, que estampó Sandoval, en *XIII* (2). Afirmado el año verdadero, el tiempo de la data dentro de este año *in diebus Paschae*, corre del 12 Abril al 31 de Mayo.

La razón potísima que movió á Balucio y á los doctos copiantes del instrumento para remover el año 1080 y la consiguiente indicción III, fué, si mal no creo, esta expresión del diploma: «Communicato etiam cum uxore mea regina consilio, et primum *Toletano archiepiscopo* et ceteris episcopis meis et primoribus regni mei.» La opinión vulgar, y todavía muy arraigada entre los eruditos extranjeros, no admite, ó no quiere reconocer, la serie continuada de los arzobispos mozárabes de Toledo desde el siglo x en adelante, hasta el año 1086, en cuyo día, 18 de Diciembre, D. Bernardo, abad de Sahagún, elegido fué para ocupar la Silla Primada de las Españas. Pero ya demostré el yerro de semejante apreciación (3) tejiendo el catálogo, nunca interrumpido, de los arzobispos de Toledo hasta D. Bernardo, por manera que, lejos de ser óbice á la reducción del diploma al año 1080, la cláusula sobredicha le presta nueva confirmación segurísima; y á mayor abundamiento, la bula de San Gregorio VII, expedi-

(1) Boletín, tomo xlix, pág. 327.

(2) Por ventura en el original se leía *IIII (quarta)*, contándose la indicción desde el 25 de Marzo, como acontece en el documento **6** (8 Mayo 1080). Así se explicaría mejor el cambio de este numeral en *XIII*.

(3) Boletín, tomo xlix, págs. 301-311.

da casi un mes después de la celebración del concilio de Burgos, la cual analicé (1), corta de raíz, sobre tamaña cuestión, toda duda y echa por tierra todo reparo que en contrario pudiera ocurrirse á la crítica recelosa.

Flórez, yéndose por el extremo opuesto, asignó á la carta del Rey á San Hugo el año 1072 (2); pero se equivocó también lastimosamente. Con efecto, he demostrado que la carta se trazó en tiempo de Pascua y en un año no posterior al 1080. Su indicción, según las varias ediciones que de esta carta se han hecho, fué *III*, ó *XIII*. Si fué *III*, resulta forzosamente el año 1080; porque, quince atrás, no reinaba Alfonso VI, sino su padre Fernando el Magno († 27 Diciembre 1065). Si fué *XIII*, el año resultante es el 1075, que no cabe en el sistema de Flórez, fundado en la venida del cardenal Giraldo, consiguiente al envío de aquella carta y no posterior al 1073. Por otra parte, la fecha del tiempo pascual en 1072 cae tan mal y es tan ajena de la verdad cronológica, como que entonces Alfonso VI, no estaba en Burgos, ni reinaba siquiera, hallándose, como se hallaba, destronado por su hermano D. Sancho († 7 Octubre 1072) y fugitivo en Toledo (3).

Advertencia.

Al trazar este Informe y el referente al *Monasterio toledano de San Servando en el siglo XII*, mi objeto principal ha sido disminuir las obscuridades que todavía pesan sobre la cuestión del tiempo, motivos, acción y resultado del concilio nacional de Burgos, que presidió en la primera mitad del año 1080 el cardenal Ricardo, abad de Marsella. El P. Andrés Burriel vió un extracto de las actas inéditas de este concilio en las cubiertas de un códice toledano. No he tenido tanta fortuna.

Madrid, 12 de Octubre de 1906.

FIDEL FITA

(1) *Ibid.*, pág. 321.
(2) *España Sagrada*, pág. 313.
(3) Véase Risco, *España Sagrada*, tomo XXXV, págs. 106-110. Madrid, 1786.